

DE VIRIS ILLUSTRIBUS

О ЗНАМЕНИТИМ МУЖЕВИМА*

631 Eusebius Hieronymus Stridonensis

Свети Јероним Стридонски

Prologus

A Hortaris me, Dexter, ut Tranquillum sequens, ecclesiasticos Scriptores in ordinem digeram et quod ille in enumerandis Gentilium litterarum Viris fecit Illustribus, ego [Al. id ego] in nostris faciam, id est, ut a passione Christi usque ad decimum quartum Theodosii imperatoris annum, omnes qui de Scripturis sanctis memoriae aliquid prodiderunt, tibi breviter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud Graecos, Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, et ad cujus nos
634 A exemplum provocas, Tranquillus. Sed non mea est et illorum similis conditio: illi enim historias veteres annalesque replicantes, potuerunt quasi de ingenti prato non parvam opusculi sui coronam texere. Ego

Предговор

Соколиш ме, Декстере, да следећи Транквила, разврстам по реду црквене писце, јер као што је он написао *О знаменитим мужевима* на бројне незнабожачке писце, да и ја тако учиним са нашим, наима да ти укратко изложим о свима онима који су у Светом Писму о себи оставили неку успомену, то јест од страдања Христовог све до четрнаесте године владе цара Теодосија. Исто овако су код Грка чинили Хермип Перипатетичар, Антигон Кариштанин, Сатир учен човек и најученији од свих Аристоксен Музичар. Код Латина су, такође, Варон, Сантра, Непот, Хигин, и онај чији нам је пример највише пред очима – Транквил. Али мој и њихов положај није нимало сличан, јер док су они имали старе историје и анале које су проналазили, могаху као са неке широке ливаде својим делима да плету не тако малене венце. А кога да следим ја, сињи кукавац, који немам никаквих

* Изворник: J. P. Migne, PL 23, 631A–698B (Paris 1883).

quid aucturus, qui nullum praevium sequens, pessimum, ut dicitur, magistrum memetipsum habeo? Quamquam Eusebius Pamphili in decem ecclesiasticae Historiae libris, maximo nobis adjumento fuerit, et singulorum, de quibus scripturi sumus, volumina aetates auctorum suorum saepetententur. Itaque Dominum Jesum Christum precor, ut quod Cicero tuus, qui in arce Romanae eloquentiae stetit, non est facere dedignatus in Bruto, Oratorum Latinae linguae texens catalogum, id ego in ejus Ecclesiae Scriptoribus enumerandis, digne cohortatione tua impleam. Si qui autem de his qui usque hodie scriptitant [Al. scripserunt], a me in hoc volumine praetermissi sunt, sibi magis quam mihi debent [Al. debent] imputare. Neque enim celantes scripta sua, de his quae non legi, nosse potui, et quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo (*Bethleemi*) fuerit ignotum. Certe cum scriptis suis claruerint, non magnopere nostri silentii dispendia [Al. dispendio] suspirabunt. Discant ergo Celsus, Porphyrius, Julianus, rabidi adversus Christum canes, discant eorum sectatores (qui putant Ecclesiam nullos philosophos et eloquentes, nullos habuisse doctores) quanti et quales viri eam fundaverint, exstruxerint [Al. struxerint], et adornaverint; et desinant fidem nostram rusticae tantum simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam agnoscant. Vale in Domino Jesu Christo.

638 I. Simon Petrus, filius Joannis,
 B provinciae Galileae, e vico Bethsaida, frater Andreae apostoli (*Matth.* IV, 18), et princeps Apostolorum, post episcopatum Antiochensis Ecclesiae, et pra-

претходника, већ само себе најгорег учитеља? Но ипак, највише ми је био на помоћи Јевсевије Памфил у својих десет књига *Црквене историје* и посебни списи о онима о којима ћемо писати, који сведоче о својим састављачима за своје време. Зато молим Господа Исуса Христа, да као што се *твој Цицерон*, који стоји на врху римске речитости, није у *Бруту* снебивао да састави попис латинских говорника, да тако и ја о бројним писцима Његове (Христове) Цркве, и одговорим достојно на твој подстрек. А ако су неки од оних који до данашњег дана пискарају испуштени у овом мом спису, то треба пре свега да натоваре себи на душу, а не мени да упишу у грех. Нити сам скривао њихова дела, јер их нисам ни прочитао, нити сам, пак, могао, јер су та другима можда и позната, али су мени на овом парченцету земље (Витлејему) остала сасвим непозната. Наравно, када су већ по својим списима прослављени, неће их много заболети нити ће обраћати пажњу на нашу ћутњу.

Пусти нека Келс, Порфирије, Јулијан и сва друга лајава псета која су противна Христу уче своје следбенике, који сматрају како Црква нема философа и говорника и да нема у својим редовима учених људи, спознају колико и какви људи су њу основали, изградили и украсили, па да престану са убеђивањем како је нашој вери својствена она сељачка простота, признавши тако на крају сопствено незнање.

Остај ми здраво у Господу Исусу Христу!

1. **Симон Петар**, син Јована, из села Витсаиде у провинцији Галилеји, брат Андрије апостола и начелник (*princeps*) апостола (*apostolorum*). Након епископовања у Антиохијској Цр-

edicationem dispersionis eorum qui de circumcissione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, et Bithynia (I *Petr.* I, 1), secundo Claudii imperatoris anno, ad expugnandum Simonem magum, Romam pergit, ibique viginti quinque annis Cathedram Sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis, id est, decimum quartum. A quo et affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, et in sublime pedibus elevatis: asserens se indignum qui sic crucifigeretur ut Dominus suus. Scripsit duas Epistolas, quae Catholicae nominantur: quarum secunda a plerisque ejus esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed et Evangelium juxta Marcum, qui auditor ejus et interpret fuit, hujus dicitur.

639 A Libri autem, e quibus unus Actorum ejus inscribitur, alius Evangelii, tertius Praedicationis, quartus Apocalypseos, quintus Judicii, inter apocryphas scripturas repudiantur. Sepultus Romae in Vaticano, juxta viam Triumphalem, totius orbis veneratione celebratur.

II. Jacobus, qui appellatur frater Domini (*Galat.* I, 19), cognomento Justus, ut nonnulli existimant, Joseph ex alia uxore, ut autem mihi videtur, Mariae sororis matris Domini (Joan. XIX, 25), cujus Joannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini statim ab Apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus, unam tantum scripsit Epistolam, quae de septem Catholicis est, quae et ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Hegesippus vicinus Apostolicorum temporum, in quinto Commentariorum libro de Jacobo narrans, ait: *Suscepit Ecclesiam*

кви и проповедања у расејању вернима из обрезања (у Понту, Галатији, Азији и Витинији), дошао је у Рим друге године Клаудијеове владе ради (у циљу) разобличавања Симона Мага. Тамо је пуних двадесет и пет година држао свештеничку катедру, све до последње године Неронове владе, то јест лета четрнаестог. Од стране тога цара је и био прибијен на крст, главом према земљи, а ногама увис и овенчан мученичком славом. Притом је говорио да није достојан да буде разапињан онако како је био сам Господ. Написао је две *Посланице* које се називају *Саборне*, од којих се *Друја* од многих одбацује као његово дело, због стила којим од *Прве* одудара. За *Јеванђеље од Марка*, који је био његов слушацац и тумач, каже се да је његов спис. Са друге стране, књиге које му се приписују: прво *Дела*, друго *Јеванђеље*, треће *Пројовед*, четврто *Ошкривење*, пето *Суђење*, треба сместити међу апокрифне списе. Сахрањен је у Риму, у Ватикану поред Тријумфалног пута, слављен и поштован у целом свету.

2. **Јаков** који се зове Брат Господњи (Гал. 1, 19) са надимком Праведни је, како неки сматрају, син од Јосифове друге жене, али како мени изгледа сестре Марије Мајке Божије, оне коју Јован у свом спису помиње (Јн. 19, 25). После Господњег Страдања, одмах је од стране апостолâ био одређен за јерусалимског епископа. Написао је само једну *Посланицу* која се убраја међу седам *Саборних*. За ту посланицу неки тврде да је само сређена под његовим именом и, да је, како је време протичало, мало по мало, стекла ауторитет. Игисип, близак апостолском времену, у петој књизи својих *Коменшара* говори о Јакову каже: „Након апостола Јерусалимску Цркву прихватио је Ја-

Hierosolymorum post Apostolos frater Domini Jacobus, cognomento Justus. Multi siquidem Jacobi vocabantur. Hic de utero matris sanctus fuit, vinum et siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus fuit, nec unctus fuit unguento, nec usus balneo. Huic soli licitum erat ingredi Sancta sanctorum: siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis, solusque ingrediebatur templum, et fixis genibus pro populo deprecabatur, in tantum, ut camelorum duritiam traxisse ejus genua crederentur. Dicit et alia multa, quae enumerare longum esset. Sed et Josephus in vicesimo libro Antiquitatum refert, et Clemens in septimo ὑποτυπώσεως, mortuo Festo, qui Judaeam regebat, missum esse a Nerone successorem ejus Albinum, qui cum necdum ad provinciam pervenisset, Ananus, inquit, Pontifex adolescens Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregavit, et compellens publice Jacobum, ut Christum Dei Filium denegaret, contradicentem lapidari jussit. Qui cum praecipitatus de pinna templi, confractis cruribus, adhuc semianimis tendens ad coelum manus, diceret: Domine, ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt (Luc. XXIII, 34); fullonis fuste, quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit. Tradit item Josephus, tantae eum sanctitatis fuisse, et celebritatis in populo, ut propter ejus necem, creditum sit subversam esse Hierosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas: Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini (Galat. I, 19). Et Apostolorum super hoc crebrius Acta testantur (Actor.

ков Брат Господњи прозван Јуст. О Јакову многи говоре. Да је од мајчине утробе био свет, да није пио вина ни сикера, меса није нимало јео никада се није бријао ни мазао миришљавим мастима, нити користио јавна купатила. Њему самом је било допуштано да улази у Светињу над светињама. Заиста се није одевао у мекано рухо, него у једноставно ланено. А када је сам улазио у храм молио се за народ приклонивши колена тако да се верује да су његова колена потпуно стекла камиљу отпорност.“ О Јакову се говори много чега другог што је све тешко пребројати. Тако Јосиф у двадесетој књизи својих *Стџарина* и Климент у седмој својих *Употυπώσεως* износе да је након смрти Феста, који је управљао Јудејом, Нерон за његовог наследника послао Албина. Док овај још није стигао у провинцију, свештеник Анан, одрастао Анијанов син, распитивао се о свештеничком роду. Искористивши околности безвлашћа (ἀναρχίας), окупио је збор приморавајући јавно Јакова да порекне у потпуности Христа Сина Божијег. Исповедника и речито противника наредио је да каменују.

Када је стрмоглављен са врха храма, сломивши удове, док је још показивао знаке живота, говорио је подижући руке ка небу: „Госпoде опрости им јер не знају шта чине“ (Лк. 23, 34). Дотукли су га ударцем у главу, сукнарском мотком којом се ваља влажно платно, тако да му се расуо мозак. И Јосиф доноси исто, да је био толике светости и поштовања у народу, да се верује да је због његове смрти и дошло до пропасти Јерусалима. О њему апостол Павле пише Галатима: „Али другoга од апостола не видех, осим Јакова Брата Господњег“ (Гал. 1, 19). Поврх овога и *Дела айoсtиoлскa* дају

I, 13; et XXII, 17; et XV, 13). Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebraeos, et a me nuper in Graecum Latinumque sermonem translatum est, quo et Origenes saepe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert: *Dominus autem cum dedisset sindonem servo Sacerdotis, ivit ad Jacobum, et apparuit ei. Juraverat enim Jacobus, se non comesturum panem ab illa hora qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem a dormientibus.* Rursusque post paululum: *Afferte, ait Dominus, mensam et panem. Statimque additur: Tulit panem et benedixit, ac fregit, et dedit Jacobo justo, et dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis a dormientibus.* Triginta itaque annos Hierosolymorum [Al. Hierosolymis] rexit Ecclesiam, id est, usque ad septimum Neronis annum, et juxta templum ubi et praecipitatus fuerat, sepultus est. Titulum usque ad obsidionem Titi, et ultimam Hadriani, notissimum habuit. Quidam e nostris in monte Oliveti eum putaverunt conditum, sed falsa eorum opinio est.

III. Matthaeus, qui et Lovi, ex publicano apostolus (*Matth.* IX, 9; *Marc.* II, 14; *Luc.* V, 27), primus in Judaea propter eos qui ex circumcisione crediderant, Evangelium Christi Hebraicis litteris verbisque composuit: quod quis postea in Graecum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Caesariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoque a Nazaraeis, qui in Beroea urbe Syriae hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit. In quo animadvertendum,

чешћа сведочанства (Дап. 1, 13; 21, 18; 15, 13). А Јеванђеље које називају *Друго ѿ Јеврејима* и које сам ја недавно на грчки и латински језик превео, којим се и Ориген често користи, после Васкрсења Господњег износи: „А Господ када је предао дар служи свештеничком, дошао је код Јакова и показао се пред њим. Јер се Јаков заклео да неће јести хлеба до онога часа и да пије из чаше Господње, док не види Њега који је устао из уснутих“. Мало касније опет читамо: „Прихвати“, рече Господ, „јестиво и хлеб“. А Јеванђеље одмах наставља: „Узе хлеб и благослови га и преломи га и даде га Јакову Праведном и рече му: Мој брате, једи хлеб свој, јер је Син Човечији васкрсао из мртвих.“ Тако је тридесет година управљао Јерусалимском црквом, све до седмог Нероновог лета, и поред храма са кога су га стрмоглавице бацили био је сахрањен. Натпис о овоме је био изложен све до (*времена*) опсаде под Титом, (*a*) и после у време Хадријана. Неки од наших сматрали су да му је гробно место у Маслинској гори, али њихова мишљења се не могу одржати.

3. Матеј, звани Леви постао је од цариника апостол. (*Мт.* 9, 9; *Мк.* 2, 14; *Лк.* 5, 27). Први је у Јудеји од оних који су поверовали у Јеванђеље Христово из обрезања. Саставио је Јеванђеље јеврејским писменима (словима) и речима, а (*ѿо*) да га је неко превео на грчки језик није сасвим сигурно. Даље, треба рећи да се сам јеврејски текст налази до дана данашњег у Кесаријској библиотеци, коју је Памфил мученик приљезно попуњавао. У сиријском граду Верији користи се овај спис од стране Назарена, али је мени било тешко да га препишем. Јеванђелиста у тексту са

646
A quod ubicumque Evangelista, sive ex persona sua, sive ex persona Domini Salvatoris, veteris Scripturae testimoniis abutitur, non sequatur Septuaginta translatorum auctoritatem, sed Hebraicam, e quibus illa duo sunt: *Ex Aegypto vocavi filium meum*; et: *Quoniam Nazaraeus vocabitur*.

IV. Judas frater Jacobi parvam, quae de septem Catholicis est, Epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, a plerisque rejicitur, tamen auctoritatem vetustate jam et usu meruit, et inter sanctas Scripturas computatur.

B V. Paulus apostolus, qui ante Saulus (*Actor*. VII, 58), extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Benjamin et oppido Judaeae Giscalis fuit, quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciae commigravit (*Act*. XIII, 12), a quibus ob studia Legis missus Hierosolymam, a Gamaliele viro doctissimo, cujus Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, et acceptis a pontifice templi epistolis, ad persequendos eos, qui Christo crediderant, Damascum pergeret, revelatione compulsus ad fidem, quae in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Cumque primum ad praedicationem ejus Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo quod eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus, et juncto C sibi Barnaba, multis urbibus peragratis, revertensque Hierosolymam, a Petro, Jacobo et Joanne Gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissime de ejus co-

великом пажњом користи стара сведочанства Писма, делом у првом лицу, а делом кроз уста Господа Спаситеља. Међутим, он не следи ауторитет превода Седамдесеторице већ јеврејштину, што се види из следећа два цитата: „Из Египта дозвах сина свога“, и „Пошто ће се Назарећанином називати“.

4. **Јуда**, брат Јакова Малог, међу седам *Саборних Посланица* оставио је једну своју. С обзиром да је из апокрифне Енохове књиге наводио сведочанства, посланица је од многих одбацивана. Како је ауторитет стекла старином и употребом, рачуна се у књиге Светог Писма.

5. **Павле**, апостол који се пре звао Савле (*Дап*. 7, 58) налази се изван броја дванаесторице апостола. Из племена је Венијаминовог и града Гискалис у Јудеји. Када су га Римљани заузели преселио се са својим родитељима у Тарс Киликијски (*Дап*. 13, 12). Ови су га дали у Јерусалим на изучавање закона. Обучавао се код најученијег човека Гамалила, кога и Лука помиње. Присуствовао је смрти првомученика Стефана и примивши писмо од свештеника храма упутио се у Дамаск ради прогона оних који су у Христа поверовали. Откривењем је нагнан на веру и од прогонитеља постао сасуд изабрани, како пише у Делима апостолским. Први је у његову проповед поверовао проконзул на Кипру, Сергије Павле, и с обзиром да је захваљујући апостоу ушао у веру Христову, овај је заузврат узео његово име. Прошавши многе градове заједно са Варнавом, вратио се у Јерусалим где је од Петра, Јакова и Јована одређен за апостола незнабожаца. Пошто је у делима апостолским доста написано о његовом

647 nversatione scriptum est, hoc tantum
 A dicam, quod post passionem Domini
 vicesimo quinto anno, id est, secu-
 ndo Neronis, eo tempore, quo Festus
 procurator Judaeae successit Felici,
 Romam vinctus mittitur, et biennium
 in libera manens custodia, adversus
 Judaeos de adventu Christi quotidie
 disputavit. Sciendum autem in prima
 satisfactione, necdum Neronis imp-
 erio roborato, nec in tanta erumpente
 scelera, quanta de eo narrant histor-
 iae, Paulum a Nerone dimissum, ut
 Evangelium Christi in Occidentis qu-
 oque partibus praedicaretur, sicut
 ipse scribit in secunda Epistola ad
 Timotheum, eo tempore quo et passus
 est, de vinculis dictans Epistolam: *In
 prima mea satisfactione nemo mihi aff-
 uit, sed omnes me dereliquerunt: non eis
 imputetur. Dominus autem mihi affuit,
 et confortavit me, ut per me praedicatio
 compleretur, et audirent omnes gentes,
 et liberatus sum de ore leonis* (I Tim. IV,
 16). Manifestissime leonem propter
 crudelitatem Neronem significans. Et
 B in sequentibus: *Liberatus sum de ore
 leonis. Et statim: Liberabit me Dom-
 inus ab omni opere malo, et salvabit
 me in regnum suum coeleste*, quod scilicet
 praesens sibi sentiret imminere
 martyrium. Nam et in eadem Epistola
 praemiserat: *Ego enim jam immolor,
 et tempus resolutionis meae instat* (I
 Tim. IV, 6). Hic ergo quarto decimo
 Neronis anno, eodem die quo Petrus
 Romae, pro Christo capite truncatur,
 sepultusque est in via Ostiensi, anno
 post passionem Domini tricesimo sep-
 timo. Scripsit autem novem ad sep-
 tem Ecclesias Epistolas, ad Romanos
 unam, ad Corinthios duas, ad Galatas
 unam, ad Ephesios unam, ad Philippienses
 unam, ad Colossenses unam,
 ad Thessalonicenses duas, praeterea

раду, о овом мужу ћу рећи толико: да
 је у оковима послат у Рим двадесет пе-
 те године после Господњег Страдања,
 односно друге године Неронове владе,
 у време када је Фестус прокуратор Ју-
 деје наследио Феликса. Тамо је провео
 две године у кућном притвору и сваки
 дан се расправљао са Јеврејима о до-
 ласку Месије. Треба знати да је након
 своје прве одбране ослобођен да би
 се Јеванђеље Христово проповедало
 у Западним странама, док Нерон још
 није учврстио власт, нити се предста-
 вио у толиким гадостима, како о њему
 сведоче историчари. О томе апостол
 пише у *Друјој њосланици* Тимотеју у
 времену када је трпео страдања, о
 свом сужањству он каже: „При мојој
 првој одбрани нико не оста са мном
 него ме сви оставише. Нека им се
 не урачуна, али Господ би са мном и
 оснажи ме, да се кроз мене рашири
 проповијед и да ме чују сви незнабо-
 шци и бих избављен из уста лавових“
 (2 Тим 4, 16). Ово последње означава
 Неронову окрутност. У реченицама:
 „Бих избављен из уста лавових“ и „Из-
 бавиће ме Господ од свакога зла дјела
 и спасти за Царство своје небеско“ (2
 Тим. 4, 18) види се да апостол у себи
 предосећа приближавање мученичког
 часа. Наиме, у истој посланици спреда
 каже: „Јер ја се већ приносим на жр-
 тву и врејеме мојега одласка настаде“
 (2 Тим. 4, 6). То се и збило четрнаесте
 године Неронове владе, истог оног да-
 на у коме је Петар за Христа изгубио
 главу. Сахрањен је на путу за Остију,
 тридесет седме године након Господ-
 њег Страдања. Написао је девет По-
 сланица упућених на седам Цркава:
Римљанима једну, *Коринћанима* две,
Галашима једну, *Ефесцима* једну, *Фи-*
лићанима једну, *Колошанима* једну,
Солуњанима две; а поред ових и својим

C ad discipulos suos, Timotheo duas,
 Tito unam, Philemoni unam. Epistola
 autem quae fertur ad Hebraeos, non
 ejus creditur, propter styli sermon-
 isque dissonantiam, sed vel Barnabae,
 650 juxta Tertullianum, vel Lucae Evang-
 A elistae, juxta quosdam, vel Clementis
 Romanae postea Ecclesiae Episcopi,
 quem aiunt ipsi adjunctum sententias
 Pauli proprio ordinasse et ornasse
 sermone. Vel certe quia Paulus scri-
 bebatur ad Hebraeos, et propter invidiam
 sui apud eos nominis, titulum in prin-
 cipio salutationis amputaverit. Scri-
 pserat ut Hebraeus Hebraice, id est,
 suo eloquio disertissime, ut ea quae
 eloquenter scripta fuerant in Hebr-
 aeo, eloquentius verterentur [Ms. ve-
 rtisse] in Graecum, et hanc causam
 esse, quod a caeteris Pauli Epistolis
 discrepare videatur. Legunt quidam
 et ad Laodicenses, sed ab omnibus
 exploditur.

B VI. Barnabas Cyprius (*Act.* IV,
 36), qui et Joseph Levites, cum Pa-
 ulo Gentium apostolus ordinatus
 (*Act.* XIII, 2; *Gal.* II, 9), unam ad aed-
 ificationem Ecclesiae pertinentem
 Epistolam composuit, quae inter
 apocryphas scripturas legitur. Hic
 postea propter Joannem discipulum,
 qui et Marcus vocabatur (*Act.* XV, 37),
 separatus a Paulo, nihilominus Eva-
 ngelicae praedicationis adjunctum
 sibi opus exercuit.

C VII. Lucas medicus Antioche-
 nsis, ut ejus scripta indicant, Graeci
 sermonis non ignarus fuit, sectator
 Apostoli Pauli, et omnis peregrinati-
 onis ejus comes, scripsit Evangelium,
 de quo idem Paulus: *Misimus, inq-
 uisit, cum illo fratrem, cujus laus est in
 Evangelio per omnes Ecclesias* (II *Cor.*

ученицима: *Тимошеју* две, *Тишу* једну,
Филимону једну. Међутим, сматра се
 да посланица упућена *Јеврејима* није
 његова због разлика у стилу и језику,
 па је или Варнавина (по Тертулијану),
 или Јеванђелисте Луке (према неки-
 ма), или Климента Римског, за кога
 кажу да је сакупио Павлове изреке по-
 ређавши их и изложивши на свој на-
 чин. Могуће да је Павле заиста писао
 Јеврејима, али због мржње и зависти
 коју су они имали против њега, своје
 име је на почетку поздрава, а на кра-
 ју посланице изоставио. С обзиром да
 је Јеврејин писао би на јеврејском, на
 језику у ком је био најизвештенији. Те
 списе који су били речито састављени
 на јеврејском још речитији су преве-
 ли на грчки. Ово је разлог да неки у
 овоме виде несклад у односу на друге
 Павлове посланице. Неки говоре да је
 писао и Лаодикијцима, али већина то
 одбацује.

6. **Варнава** Кипранин, познат и
 као Јосија Левит одређен је са апо-
 столем Павлом на апостолство незна-
 бошцима. (Дап. 4, 36; 13, 2 Гал. 2, 9)
 Саставио је једну веома вешту *Посла-
 ницу* за изграђивање Цркве, али се она
 узима као апокрифни спис. Овај се ка-
 сније због апостоловог ученика Јова-
 на, званог и Марко, одвојио од Павла.
 Али, ништа мање није узимао на сво-
 ја плећа рад око ширења јеванђелске
 проповеди.

7. **Лука** је лекар из Антиохије. Ње-
 гови списи показују како је био вичан у
 грчком језику. Написао је једно Јеван-
 ђеље, био је следбеник апостола Павла
 и сапутник на свим његови путовањима,
 а о њему апостол Павле овако збори:
 „Посласмо с њим и брата кога хвале по
 свима црквама због проповиједања Је-

VIII, 18); et ad Colossenses: *Salutat vos Lucas medicus charissimus* (*Coloss.* IV, 14); et ad Timotheum: *Lucas est tecum solus* (*II Tim.* IV, 11). Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Apostolicarum πράξεων praenotatur, cujus historia usque ad 651
 A biennium Romae commorantis Pauli pervenit, id est, usque ad quartum Neronis annum (*Act.* II, 8, 30). Ex quo intelligimus, in eadem urbe librum esse compositum. Igitur περίόδους [*Ms.* περίοχὰς] Pauli, et Theclae, et totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuum comes Apostoli, inter caeteras ejus res hoc solum ignoraverit? Sed et Tertullianus vicinus eorum temporum, refert presbyterum quemdam in Asia σπουδαστὴν apostoli Pauli, convictum apud Joannem, quod auctor esset libri, et confessum se hoc Pauli amore fecisse, loco excidisse. Quidam suspicantur, quotiescumque in Epistolis Paulus dicit, *juxta Evangelium meum*, de Lucae significare volumine, et Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse Evangelium, qui cum 652
 B Domino in carne non fuerat, sed et a caeteris Apostolis. Quod ipse quoque in principio sui voluminis declarat, dicens: *Sicut ut tradiderunt nobis, qui a principio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis.* Igitur Evangelium sicut audierat, scripsit. Acta vero Apostolorum sicut viderat, composuit. Sepultus est Constantinopoli, ad quam urbem vicesimo Constantii anno, ossa ejus cum reliquiis Andreae apostoli translata sunt.

ванђеља“ (2 Кор. 8, 18). А Колошанима: „Поздравља вас Лука лекар љубљени“ (Кол. 4, 14) и Тимотеју: „Лука је сам код мене“ (2 Тим. 4, 10). Отишао је у Рим са намером да дотера изузетан спис, који носи наслов *Дела айосџолска*, а чије приповедање иде до двогодишњег заточеништва апостола Павла, тј. четврте године Неронове владе (Дап. 28, 30). Из текста сазнајемо да га је у истом граду уобличио. Међутим, *Дела Павла*, *Дела Текле* и смешну *Причу о кршћеном лаву* убројаћемо у апокрифне књиге. Јер, како је, дакле, могуће да нераздвојни друг апостола, упознат са већином његових ствари, једино у овој буде потпуна незналица. Тако и Тертулијан, његов млађи савременик, говори о неком свештенику у Азији, ватреном присталици апостола Павла (σπουδαστὴν), кога је Јован оптужио да је био аутор ових књига, признавши да их је написао из љубави према апостоу Павлу, због чега је изгубио [свештенички] положај. Неки претпостављају да сваки пут кад апостол Павле у својим посланицама каже: *По мом Јеванђељу*, баш мисли на Лукин спис. Али Лука се није само од апостола Павла подучавао Јеванђељу, него и од других апостола, јер Господа није видео док је Он био у телу. Управо то на почетку свога списа објављује, говорећи: „Како нам је предано, од оних који су у почетку сами видели и били слуге Речи“ (Логоса) [Лк. 1, 2]. Укратко, Јеванђеље је написао онако како је сазнавао слушањем, а *Дела* апостолска онако како је видео. Почива у Константинопољу, у ком граду су му пренесене мошти двадесете године Константинове владе заједно са моштима Андрије апостола.

654 VIII. Marcus discipulus et interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romae a

8. Марко, ученик и тумач апостола Петра. Пошто је од истог слушао наредбу, на молбу браће из Рима, написао

fratribus, breve scripsit Evangelium. Quod cum Petrus audisset, probavit, et Ecclesiis legendum sua auctoritate edidit, sicut Clemens in sexto ὑποτιπώσεων libro scribit et Papias Hierapopolitanus episcopus. Meminit hujus Marci, et Petrus in Epistola prima, sub nomine Babylonis figuratim Romam significans: *Salutat vos quae in Babylone est coelecta, et Marcus filius meus* (I Petr. V, 13). Assumpto itaque Evangelio quod ipse confecerat, perrexit Aegyptum, et primus [Ms. primum] Alexandriae Christum annuntians, constituit Ecclesiam, tanta doctrina [Al. doctrinae] et vitae continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Judaeorum, videns Alexandriae primam Ecclesiam adhuc judaizantem, quasi in laudem gentis suae librum super eorum conversatione scripsit (Act. II, 44). Et quomodo Lucas narrat, Hierosolymae credentes omnia habuisse communia: sic et ille quod Alexandriae sub Marco fieri doctore cernebat, memoriae tradidit. Mortuus est autem octavo Neronis anno, et sepultus Alexandriae, succedente sibi Anniano.

IX. Joannes Apostolus, quem Jesus amavit plurimum (Jo. XIII, 23, et XIX, 26, et XX, 2, et XXI, 7), filius Zebedaei, frater Jacobi apostoli (Matth. IV, 21, et X, 2; Marc. X, 35; Luc. V, 10), quem Herodes post passionem Domini docellavit (Act. XII, 2 seqq.), novissimum scripsit Evangelium, rogatus ab Asiae episcopis, adversus Cerinthum, aliosque haereticos, et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Unde et compulsus est divinam ejus nativitatem edicere. Sed et aliam

je Јеванђеље у кратким цртама. Када га је Петар саслушао дао је за њега одобрење, а читањем у црквама стекло је своју пуноважност, баш као што Климент у шестој књизи својих Ὑποτιπώσεων и Папије, епископ јерапољски, пишу. Овога Марка спомиње и Петар у својој Првој посланици, сликовито означавајући Рим именом Вавилона: „Поздравља вас Црква у Вавилону, изабрана као и ви, и Марко син мој“ (1 Пет. 5, 13) Предузевши посао око Јеванђеља које је сам написао, дошао је у Египат и први благовестећи Христа у Александрији, образовао је црквену заједницу таквог учења и умерености у живљењу, да су многи Христови следбеници били њеним примером подстакнути. Па и Филон, најученији међу Јудејима, гледајући прву александријску цркву како једнако јудејствује, написао је књигу о њеном раду, а у похвалу свога рода. Исто онако како је Лука писао да су верујући у Јерусалиму имали све заједничко такву су успомену оставили и они у Александрији, под Марковом управом. Упокојио се осме године Неронове владе и сахрањен је у Александрији, остављајући за собом Анијана као наследника.

9. Јован Апостол, кога је Исус највише волео (Јн. 13, 23 и 19, 26 и 20, 2 и 21, 7), син Зеведејев, брат апостола Јакова (Мт. 4, 21 и 10, 2; Мк. 10, 35, Лк. 5, 10), коме је Ирод после Господњег страдања одсекао главу, написао је Јеванђеље после свих, умољен од епископа из Азије, против Керинта и других јеретика, а највише против Евионита, тада установивши учење на основу кога су говорили да Христос пре Марије није постојао. Међутим, постоје и други разлози због којих је писао, јер када је читао Матеја, Марка и Луку,

655 causam hujus scripturae ferunt, quod
 A cum legisset Matthaei, Marci et Lucae volumina, probaverit quidem textum historiae, et vera eos dixisse firmaverit, sed unius tantum anni, in quo et passus est, post carcerem Joannis [Ms. *tacet Joannis*], historiam texuisse. Praetermisso itaque anno, cujus acta a tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Joannes clauderetur in carcerem, gesta narravit: sicut manifestum esse poterit his qui diligenter quatuor Evangeliorum volumina legerint. Quae res etiam *διαφωνίαν* (*dissonantiam*), quae videtur Joannis esse cum caeteris, tollit. Scripsit autem et unam Epistolam, cujus exordium est: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, et vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae contrectaverunt de verbo vitae*, quae ab universis Ecclesiasticis et eruditius viris probatur. Reliquae autem duae, quarum principium est: *Senior Electae dominae et natis ejus*, et sequentis: *Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate*, Joannis presbyteri asseruntur, cujus et hodie alterum sepulcrum apud Ephesum ostenditur, etsi nonnulli putant duas memorias ejusdem Joannis Evangelistae esse, super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem ejus ventum fuerit, disseremus. Quarto decimo igitur anno, secundum post Neronem persecutionem movente Domitiano, in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quam interpretatur Justinus Martyr et Irenaeus. Interfecto autem Domitiano, et actis ejus ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, sub Nerva principe redit Ephesum, ibique usque
 C 658 ad Trajanum principem perseverans,
 A totas Asiae fundavit rexitque Ecclesias, et confectus senio, sexagesimo octavo post passionem Domini anno mortuus, juxta eandem urbem sepultus est.

уверио се у историјско казивање текста и сложио се са реченим, али тамо је описана само једна година, у којој је Јован (Крститељ) утамничен и страдао, он се прихватио даљег састављања историје. Испустивши ону годину, чије су чињенице од тројице биле изложене, писао је о стварима (догађајима) ранијих времена, пре којих је Јован био заточен у тамници. Тако је то објављено онима који са усрдношћу читају списе четворице Јеванђелиста. Несагласност (диафонија) коју неки виде између Јована и осталих, на овај начин се отклања. Написао је и једну Посланицу, чији почетак гласи: „Шта беше од почетка, што смо чули, и видели очима нашим и рукама нашим опипали“, а која се од свих учених црквених људи прихвата. А остале две, чији је почетак: „Презвитер (старији, старешина) изабраној госпођи (господарици) и њеним најрођенијима (укућанима)“, и још једна која следи: „Презвитер (старији, старешина) најљубљенијем Гају, кога у истини љубим“, каже се да припадају презвитеру Јовану, чији се до данас други гроб показује у Ефесу, мада неки мисле да је реч о два спомена на истог Јована Јеванђелиста, а о овој ствари ћемо излагати по реду, када дођемо до Папија, његовог слушаоца (ученика). А када је, четрнаесте године после Нерона, друго гоњење покренуо Домицијан, повукао се на острво Патмос, написао Апокалипсу, коју су тумачили Јустин Мученик и Иринеј. После Домицијановог смакнућа, када су његова дела због испољене велике суровости одбачена у Сенату, вратио се за владе цара Нерве у Ефес, где је, боравећи све до цара Трајана, оснивао и уређивао Цркве по целој Азији. Умро је, опхрван старошћу, шездесет осме године после страдања Господњег, сахрањен поред истог (поменутог) града.

X. Herman, cujus Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit: *Salutate Asyncritum, Phlegonta, Herman, Patroban, Hermen, et qui cum eis fratres sunt* (Rom. XVI, 14),asserunt auctorem esse libri, qui appellatur *Pastor*, et apud quasdam Graeciae Ecclesias jam publice legitur. Revera utilis liber, multique de eo Scriptorum veterum usurpavere testimonia. Sed apud Latinos pene ignotus est.

B XI. Philo Judaeus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum, idcirco a nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci evangelistae apud Alexandriam scribens Ecclesia, in nostrorum laude versatus est, non solum eos ibi, sed in multis quoque provinciis esse memorans, et habitacula eorum dicens monasteria. Ex quo apparet talem primum Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur [Ms. imitantur] et cupiunt, ut nihil cujusquam proprium sit, nullus inter eos, dives, nullus pauper. Patrimonia egentibus dividuntur [Al. dividunt], orationi vacatur [Al. vacant], et Psalmis, doctrinae quoque et continentiae, quales et Lucas refert (Act. II, 44, et IV, 32), primum Hierosolymae fuisse credentes. Aiunt hunc sub Caio Caligula Romae periclitatum, quo legatus gentis suae missus fuerat. Cum secunda vice venisset ad Claudium, in eadem urbe locutum esse cum apostolo Petro, ejusque habuisse amicitias, et ob hanc causam, etiam Marci, discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus suis. Exstant hujus praeclara et innumerabilia opera, in quinque libros Moysi, de Confusione linguarum liber unus, de

C

659 A

10. **Јерма**, кога помиње апостол Павле пишући Римљанима: „Поздравите Асинкрита, Флеронта, Јерму, Патрова, Јермија, и браћу која су с њима“ (Рим. 16, 14). Сматра се аутором књиге која се назива *Пасџир* и која се у неким црквама Грчке увелико (*јам*) јавно чита. Заиста је корисна књига, а многи стари писци из ње наводе сведочанства. Међутим, међу Латинима је готово (*рене*) непозната.

11. **Филон Јудејин** од поднебља Александријског и рода свештеничког, смештамо га међу црквене писце на основу тога што је пишући књигу о првој цркви код Александрије јеванђелисте Марка, ударио у нашу похвалу, и то не само у том крају, него још да им је спомен у многим другим крајевима и да се њихова станишта називају манастири. Из овога следи да је првобитна црква оних који су веровали у Христа била попут данашњих монаха који настоје да их опонашају, да ништа међу њима није сопствено имање, да од њих нико није посебно богат или сиромашан. Очевино своју деле онима који оскудевају, проводе у молитвама и псалмима, у учењу и уздржању, како и Лука говори (Дап. 2, 44 и 4, 32), ето такви су били верници у Јерусалиму. Кажу да се у време Гаја Калигуле вратио у Рим где је био послан као изасланик свога народа. Када је у другом наврату дошао код Клаудија, у истом граду се нашао са апостолом Петром, са којим је био у пријатељству и да је из тих разлога обасуо својим похвалама Маркове ученик. Постоје његова изузетна и бројна дела: *На Мојсијево њешокњижје*, једна књига *О њомејњи језика*, једна књига *О Природи и проналазачким даровима*, једна књига *О Ономе шћо наша чула желе а ми избе-*

His quae sensu precamur et detestamur liber unus, de Eruditione liber unus, de Haerede divinarum rerum liber unus, de Divisione aequalium et contrariorum liber, de Tribus virtutibus liber unus, Quare quorundam in Scripturis mutata sunt [Mss. sint] nomina liber unus, de Pactis libri duo, de Vita sapientis liber unus, de Gigantibus liber unus, Quod somnia mittantur a Deo libri quinque, Quaestionum et solutionum in Exodo libri quinque, de Tabernaculo et Decalogo libri quatuor, necnon de Victimis et Repromissionibus, sive Maledictis, de Providentia, de Judaeis, de Conversatione vitae, de Alexandro, et Quod propriam rationem muta animalia habeant, et Quod omnis insipiens servus sit, et de Vita nostrorum liber unus, de quo supra diximus, id est, de Apostolicis viris, quem et inscripsit περί Βίου θεωρητικοῦ ἰκετῶν, quod videlicet coelestia contemplentur, et semper Deum orent. Et sub aliis indicibus, de Agricultura duo, de Ebrietate duo. Sunt et alia ejus monumenta ingenii, quae in nostras manus non pervenerunt. De hoc vulgo apud Graecos dicitur, ἢ Πλάτων φιλωνίξει, ἢ Φίλων πλατωνίξει: id est, aut Plato Philonem sequitur, aut Platonem Philo: tanta est similitudo sensuum et eloquii.

662 XII. Lucius Annaeus Seneca
A Cordubensis, Sotionis Stoici discipulus, et patruus Lucani poetae, continentissimae vitae fuit, quem non ponerem in catalogo Sanctorum, nisi me illae Epistolae provocarent, quae leguntur a plurimis, Pauli ad Senecam, et Senecae ad Paulum. In quibus cum esset Neronis magister, et illius temporis potentissimus, optare se dicit, ejus

ίavaмо, једна књига О образовању, једна књига О наследнику божанских ствари, књига О расподели једнакости и супротности, једна књига О шри врлине, једна књига О шоме зашто су некима промењена имена у Светом Писму, две књиге О Завешу, једна књига О живошу мудраца, једна књига О дивовима, пет књига О шоме да су снови послиши од Бога, пет књига О ишањима и одговорима на Излазак, четири књиге О шашору од сашанка и Декалогу, а тако и О жртвама и обећањима или о проклетствима, О провиђењу, О Јудејима, О промени живљења, О Александру, Да немушће живошине имају исправан разум, Да сваки малоумник треба бићи робом, и једна књига О живошу наших, о којој смо мало пре говорили, то јест О айстолским мужевима, која и почиње пері Βίου θεωρητικοῦ ἰκετῶν, који су заправо созерцавали небеске ствари и вазда се Богу молили. И под следећим насловима: две књиге О пољопривреди, две О ишјаншву. Постоје и друга сведочанства његовог генија, али та до наших руку нису дошла. О њему (Филону) код Грка је распрострањено мишљење: ἢ Πλάτων φιλωνίξει, ἢ Φίλων πλατωνίξει, то јест или је Платон следио Филона или је Филон Платона, толика је сличност у њиховом размишљању и изразу.

12. Луције Анеј Сенека Кордовљанин, ученик Сотииона стоика и чича песника Лукана био је толико уздржаног живота, да га не бих ни ставио у каталог (списак) Светих, да ме његове Посланице: Павле Сенеки и Сенека Павлу нису изазвале, које се од стране многих читају. У онима написаним за време док је био учитељ Нерону, док је овај био на врхунцу моћи, говорио је за себе отворено да жели

esse loci apud suos, cujus sit Paulus apud Christianos. Hic ante biennium quam Petrus et Paulus coronarentur martyrio, a Nerone interfectus est.

B XIII. Josephus Matthiae filius, ex Hierosolymis sacerdos, a Vespasiano captus, cum Tito filio ejus relictus est. Hic Romam veniens, septem libros Judaicae captivitatis Imperatoribus patri filioque obtulit, qui et bibliothecae publicae traditi sunt, et ob ingenii gloriam, statuam quoque meruit Romae. Scripsit autem et alios viginti Antiquitatum libros, ab exordio mundi, usque ad decimum quartum annum Domitiani Caesaris, et duos Αρχαιότητος, adversum Appionem grammaticum Alexandrinum, qui sub Caligula legatus missus ex parte Gentilium, contra Philonem etiam librum, vituperationem gentis Judaicae continentem, scripserat. Alius quoque liber ejus, qui inscribitur περι Αυτοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, in quo et Machabaeorum sunt digesta martyria.

C in decimo octavo Antiquitatum libro, manifestissime confitetur, propter magnitudinem signorum, Christum a Pharisaeis interfectum, et Joannem Baptistam vere prophetam fuisse, et propter interfectionem Jacobi apostoli, dirutam Hierosolymam.

663 Scripsit autem de Domino in hunc modum: Eodem tempore fuit Jesus

A vir sapiens, si tamen virum oportet eum dicere. Erat enim mirabilium patratore operum, et doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt: plurimos quoque tam de Judaeis quam de gentibus sui habuit sectatores, et credebatur esse Christus. Cumque invidia nostrorum Principum, cruci

да има оно место код својих које Павле има код Хришћана. На две године пре него што су се Петар и Павле овенчали мучеништвом, убијен је од стране Нерона.

13. Јосиф (Флавије), син Матије, пореклом од јерусалимских свештеника, заробљен од стране Веспасијана и Тита, па пуштен на слободу. Овај је, долазећи у Рим, *Седам књига о јудејском ројсћиву* предочио царевима, оцу и сину, које су похрањене у јавној библиотеци и због славе својих душевних способности зарадио је статуу-попрсје у Риму. Написао је затим и других Двадесет књига *Старина*, од постања света па све до четрнаесте године владе цара Домицијана. И две књиге Архиотита, *Проћив Ајиона* александријског граматичара, који је за владе Калигуле послат као легат у крајеве незнабожаца; затим књигу *Проћив Филона*, [побијајући је] јер садржи ишчашености на рачун јеврејског народа. Исто тако, друга његова књига која почиње (која је насловљена) *Пери Αυτοκράτορος λογισμοῦ*, држе за веома углађену, у којој говори о мученичкој смрти Макавеја. Овај у Осамнаестој књизи *Старина* најотвореније признаје да је због величине чудеса Христос убијен од стране Фарисеја, и Јован Крститељ је уистину пророком био, и да је због убиства апостола Јакова, Јерусалим разорен. Такође је писао о Господу на овај начин: „У то време је био Исус, мудар човек, ако се може називати само човеком. Беше творац чудесних дела и учитељ оних који су слободно прихватили истину. Привукао је многобројне следбенике, како од Јевреја, тако и од незнабожаца који вероваху да је Месија и када је због зависти наших главешина Пилат донео пресуду да га разапну,

eum Pilatus addixisset, nihilominus qui primum dilexerant, perseveraverunt. Apparuit enim eis tertia die vivens. Multa et haec alia mirabilia carminibus Prophetarum de eo vaticinantibus, et usque hodie Christianorum gens ab hoc sortita vocabulum, non defecit.

B XIV. Justus Tiberiensis, de provincia Galilaea, conatus est et ipse Judaicarum rerum historiam texere, et quosdam Commentariolos de Scripturis componere: sed hunc Josephus (*In Just. Vita*) arguit mendacii. Constat autem illum eo tempore scripsisse, quo et Josephus.

XV. Clemens, de quo Apostolus Paulus ad Philippenses scribens, ait, *Cum Clemente et caeteris cooperatores meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitae (Philip. IV, 3)*, quartus post Petrum Romae episcopus: siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum, secundum post Petrum Apostolum putent fuisse Clementem. Scripsit ex persona Romanae Ecclesiae ad Ecclesiam Corinthiorum valde utilem Epistolam, quae et in nonnullis locis publice legitur, quae mihi videtur characteri Epistolae, quae sub Pauli nomine ad Hebraeos fertur, convenire. Sed et multis de eadem Epistola, non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem abutitur. Omnino grandis in utraque similitudo est. Fertur et secunda ejus nomine Epistola, quae a veteribus reprobatur. Et Disputatio Petri et Appionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio historiae Ecclesiasticae volumine coarguit. Obiit tertio Trajani anno, et nominis ejus memoriam usque hodie Romae exstructa Ecclesia custodit.

C

666

A

упркос свему томе, они који су га испрва волели, били су и даље постојани у тој љубави. Нашли су га у трећи дан да је жив. Много чега другога налази се у песмама пророка и у другим проштвима, а све до данашњег дана постоји род хришћански, назван управо по Њему“.

14. Јуст из Тиверијаде у провинцији Галилеји покушао је и сам да састави историју јудејских прилика и да напише неке коментаре на Писмо. Међутим, онај Јосиф га хвата у нетачностима (у *Живоју Јусџиновом*). Зна се још да је стварао у исто време када и поменути му опонент (супарник).

15. Климент за кога апостол Павле пишући Филипљанима каже: „са Климентом и осталим помоћницима мојим, чија су имена у књизи живота.“ (Филип. 4, 3). Био је четврти епископ у Риму после Петра, уколико је други био Лин, а трећи Анаклет, мада многи од Латина на друго место после апостола Петра стављају Климента. Написао је са положаја Римске цркве врло корисну *Посланицу* цркви Коринћана која се у неким местима јавно чита. Како се мени чини, посланица, по својим особинама, иде под руку са оном *Посланицом Јеврејима* која носи име апостола Павла. И остало (*multis*) се у истој посланици, не само у мислима него и у реду речи, слаже. Напросто, у оба погледа сличност је велика. И *Друја посланица* се везује за његово име, али је од старих одбацивана. Исти је случај и са *Расправљањем Петира и Ајиона*, писаним развученим стилем, коју Јевсевије у трећем тому своје *Црквене историје* разобличава. Умро је у трећој години Трајанове владе, а црква назидана у Риму чува успомену на његово име до данашњег дана.

XVI. Ignatius Antiochenaе Ecclesiae tertius post Petrum apostolum episcopus, persecutionem commovente Trajano, damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur. Cumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus, auditor Joannis, episcopus erat, scripsit unam Epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos, et inde egrediens scripsit ad Philadelpheos, et ad Smyrnaeos; et proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam, in qua et de Evangelio quod nuper a me translatum est, super persona Christi ponit testimonium dicens: *Ego vero et post resurrectionem in carne eum vidi, et credo quia sit. Et quando venit ad Petrum, et ad eos qui eum Petro erant, dixit eis: Ecce, palpate me, et videte, quia non sum daemonium incorporale. Et statim tetigerunt eum, et crediderunt.* Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, et de epistola ejus, quam ad Romanos scribit [Al. scripsit], pauca ponere. *De Syria usque ad Romam pugno ad bestias, in mari et in terra, nocte dieque ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus, qui me custodiunt: quibus et cum benefeceris, peiores fiunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina est, sed non idcirco justificatus sum. Utinam fruar bestiis, quae mihi sunt praeparatae, quas et oro mihi veloces esse ad interitum, et alliciam eas ad comedendum me, ne sicut aliorum Martyrum, non audeant corpus meum attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciam, ego me ingeram, ut devorer. Ignoscite mihi, filioli: quid mihi prosit, ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quae videntur desiderans, ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestiae, confractio ossium,*

16. Игњатије, епископ антиохијске цркве, трећи после Петра, у гоњењу које је подигао Трајан, окован је, отправљен у Рим и бачен зверовима. Када су се пловeћи приближавали Смирни, где је Поликарп, слушалац Јованов био епископ, написао је једну *Посланицу Ефесцима*, другу *Магнежанима*, трећу *Тралијцима*, четврту *Римљанима*, а отуда настављајући пут писао је *Филаделфљанима*, и *Смирњанима*, и још *Поликарпу*, ономе који је предводио антиохијску цркву, у којој о Јеванђељу што сам га онедавно превео, о Христовој личности оставља сведочанство говорећи: „Ја сам га заиста после Васкрсења видео у телу, и веровао како јесте. И када је дошао Петру и онима који су били са Петром, рекао је: *Ето, оћићатије ме и видићте како нисам бeштeлесни демон*. И почеше одмах да га додирују и веровашу“. Одавде се довољно види о каквом човеку чинимо успомену (говоримо) и из његове Посланице коју је писао Римљанима, доносимо мало: „Од Сирије до Рима ратујем са зверовима, по мору и на земљи, дању и ноћу везан, са десеторицом леопарда, тј. војника, који ме чувају, којима што више чиниш добра, постају све гори. Њихово неправдовање за мене је поука, али нисам по томе избављен. О, нека бих имао користи од зверова које су ми припремљене, и молим се да за мене буду нарогушене, и подстакнућу их да ме прождру, да други мученици не би слушали како се моје тело растрзава. А ако не буду хтеле, учинићу напор, раздраживши их, да ме прождру. Оппростите ми, дечице, знам шта је најкорисније за мене. Сада почињем да бивам Христов ученик, не желећи ничега од видљивих ствари, да нађем самога Исуса Христа. Огањ, крст, зверови, ломљење костију, сечење удова, и целога тела сагрвење, сва ђавол-

membrorum divisio, et totius corporis contritio, et tota tormenta diaboli, in me veniant, tantum ut Christo fruatur. Cumque jam damnatus esset ad bestias, ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait: *Fruentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar.* Passus est anno undecimo Trajani. Reliquiae corporis ejus Antiochiae jacent extra portam Daphniticam in coemeterio.

XVII. Polycarpus, Joannis apostoli discipulus, et ab eo Smyrnae episcopus ordinatus, totius Asiae princeps fuit. Quippe qui nonnullos Apostolorum, et eorum qui viderant Dominum, magistros habuerit, et viderit. Hic propter quasdam super die Paschae quaestiones, sub imperatore Antonino Pio, Ecclesiam in Urbe regente Aniceto, Romam venit, ubi plurimos credentium, Marcionis et Valentini persuasione deceptos, reduxit ad fidem. Cumque ei fortuito obviam fuisset et Marcion, et diceret: *Cognosce nos: Respondit: Cognosco primogenitum diaboli.* Postea vero, regnante M. Antonino, et L. Aurelio Commodo, quarta post Neronem persecutione, Smyrnae, sedente Proconsule, et universo populo in amphitheatro adversus eum personante, igni traditus est. Scripsit ad Philippenses valde utilem Epistolam, quae usque hodie in Asiae conventu legitur.

XVIII. Papias, Joannis auditor Hierapolitanus in Asia episcopus, quinque tantum scripsit volumina, quae praenotavit, Explanatio sermonum Domini. In quibus cum se in praefatione asserat, non varias opiniones sequi, sed Apostolos habere auctores, ait: *Considerabam, quid Andreas, quid Petrus dixissent, quid Ph-*

ска мучења, да на мене дођу, само да са Христом будем и са Њим се радујем“! А када је био препуштен зверовима, са мученичким жаром, када је чуо лавове који пуштају грозне гласе, рекао је: „Пшеница сам Христова, мељем се зубима зверова, да се нађем хлеб света“. Страдао је једанаесте године Трајанове владе. Остаци његовог тела (мошти) положене су на Антиохијском гробљу, у крај Дафнијских врата.

17. Поликарп, ученик апостола Јована, који га је и одредио за епископа у Смирни, био је првак целе Азије. Свакако је видео и имао за учитеље неке од апостола и оних који су видели Господа. Он је ради извесних спорних питања о дану празновања Пасхе отишао у Рим у дане цара Антонина Пија, када је црквом у Граду управљао Аникета. Тамо је мноштво верника, отпалих Маркионовим и Валентиновим мешетарењем, вратио вери. Када му је Маркион случајно наишао на сусрет и рекао: „Да ли нас познајеш?“, одговорио је: „Познајем Првенче Ђаволово.“ Одмах затим, за владе Марка Антонија и Луција Аурелија Комода, у току четвртог гођења после Нерона, био је постављен на ломачу, пред заседајућим проконзулом у Смирни и целим народом који је против њега урлао у амфитеатру. Написао је *Филијљанима* врло корисну посланицу, која се до данас чита на сабрањима у Азији.

18. Папије, Јованов слушалац, епископ јерапољски у Азији, написао је укупно пет списа, које је насловио *Израдање речи Господњих*. Како сам у предговору излаже, неће следити различита мишљења, него ће узети апостоле за ауторитет. Па, каже: „Промишљао сам шта је Андрија, а шта Петар говорио,

ilippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Mattheus, vel alius quilibet discipulorum Domini: quid etiam Aristion, et Senior Joannes, discipuli Domini loquebantur. Non enim tantum mihi libri ad legendum prosunt, quantum viva vox, usque hodie in suis auctoribus personans. Ex quo apparet in [Al. ex] ipso catalogo nominum, alium esse Joannem, qui inter Apostolos ponitur, et alium Seniore Joannem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus, propter superiorem opinionem, quam a plerisque retulimus traditam, duas posteriores Epistolas Joannis, non Apostoli esse, sed Presbyteri. Hic dicitur mille annorum Judaicam edidisse δευτέρωσιν, quem secuti sunt Irenaeus, et Apollinarius, et caeteri qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis Dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de Spe fidelium, et Victorinus Petabionensis, et Lactantius hac opinione ducuntur.

B

C

672

A

XIX. Quadratus Apostolorum discipulus, Publio Athenarum episcopo, ob Christi fidem martyrio coronato, in locum ejus substituitur, et Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide et industria sua congregat. Cumque Hadrianus Athenis exegisset hiemem, invisens Eleusina, et omnibus pene Graeciae sacris initiatus dedisset occasionem bis, qui Christianos oderant, absque praecepto Imperatoris vexare credentes; porrexit ei librum pro religione nostra compositum, valde utilem, plenumque rationis et fidei, et Apostolica doctrina dignum, in quo et antiquitatem suae aetatis ostendens, ait, plurimos a se visos qui sub Domino variis in Judaea oppressi calamitatibus, sanati fuerant, et qui a mortuis resurrexerant.

шта Филип, шта Тома, шта Јаков, шта Јован, шта Матеј, или други било који од ученика Господњих, шта су, рецимо, Аристион и старији Јован, ученици Господњи, казивали. И не толико да сам морао њихове књиге да ишчитавам, колико је жива реч до дана данашњег кроз њихова дела одјекивала“. Из самог списка имена произлази да је други Јован, који се убраја у апостоле, а други Јован старији који се набраја после Аристиона. Ово управо говоримо, ради изнетог мишљења, које је и од многих прихваћено, наиме, да две посланице презвитера Јована нису од апостола. Он говори о Хиљадугодишњици након Другог доласка, чији су следбеници Иринеј, Аполинарије и сви остали који кажу да ће после Васкрсења владати у телу са свецима Господњим. Тако и Тертулијан у књизи *О надању верних*, као и Викторин Петовијски и Лактанције ово мишљење заступају.

19. Квадрат, апостолски ученик, долази на место Публија, епископа атинског, који се због вере у Христа крунисао мучеништвом. Расуту Цркву је, притиснуту великим страхом, својом вером и залагањем поново окупио. Када је Хадријан провео зиму у Атини, (са намером) да види елеусинске мистерије, и скоро у све грчке обреде посвећен био, дао је прилику онима који су мрзели хришћане да без цареве заповести подигну хајку на верне. Пружио му је (на увид) књигу написану у корист наше вере, врло корисну и пуну разложности и благочашћа. У спису удостојеном апостолског учења и пројављујућем дух његовог времена, сведочи: да је видео многе у Јудеји оптерећене различитим болештинама који су од Господа били исцељени и из мртвих васкрснули.

XX. Aristides Atheniensis philosophus eloquentissimus, et sub pristino habitu discipulus Christi, volumen nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore quo et Quadratus, Hadriano principi dedit, id est, Apologeticum pro Christianis, quod usque hodie perseverans, apud philologos ingenii ejus indicium est.

XXI. Agrippa, cognomento *Castor*, vir valde doctus, adversum viginti quatuor Basilidis haeretici volumina, quae in Evangelium confecerat, fortissime disseruit, prodens ejus universa mysteria, et prophetas enumerans, Barcaban et Barcob, et ad terrorem audientium alia quaedam barbara nomina: et Deum maximum ejus *Abraxas*, qui quasi annum continens, si juxta Graecorum numerum supputetur. Moratus est autem Basilides, a quo Gnostici, in Alexandria temporibus Hadriani, qua tempestate et

674
A

XXII. Hegesippus vicinus Apostolicorum temporum, et omnes a passione Domini usque ad suam aetatem Ecclesiasticorum actuum texens historias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros composuit, sermone simplici, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Asserit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum episcopus fuit, et perseverasse usque ad Eleutherum ejusdem urbis episcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Praeterea adversum idola disputans, ex quo primum errore crevissent, subtextit historiam,

B

20. Аристид, најречитији философ Атињанин, ученик Христов у философском оделу, у исто време када и Квадрат дао је цару Хадријану спис са подробним излагањем наших догмата. Била је то *Одбрана за хришћане* која је сачувана све до наших дана. Филолози је узимају као сведочанство његових духовних моћи.

21. Агрипа, са надимком *Кастор*, муж веома учен, расправљао је снажно против двадесет и четири књиге које је јеретик Василид написао против Јеванђеља. Наступајући против његовог уопштеног мрачњаштва и обрачунавајући се са Баркабаном и Баркобом, и другим „пророцима“ варварских имена које је грдно чути, као и са њиховим врховним богом *Абраксасом*, који по грчком рачунању броји толико и толико (не знам колико) година. Василид, од кога су гностици, умро је у Александрији у доба Хадријана, када је и Кохба, вођа јудејске странке, различитим пакостима мрцварио хришћане.

22. Игисип, млађи савременик апостолске епохе, састављајући историју о свим црквеним догађајима од страдања Господњег па све до свога времена и прикупљајући многе, за читаоце корисне и битне чињенице, написао је пет књига једноставним стилем. Све то да би судбине оних које је пратио (истраживао) и карактере приказао кроз њихов начин говора. Вели да је дошао у Рим у доба Аникете, десетог епископа после Петра, а да је остао тамо све до Елефтерија, епископа у истом граду, а раније ђакон код Аникете. Сем тога, расправљајући против идола, исплео је приповест (написао је историју) (почевши) од првобитне заблуде из које су поникли, из које се види време у коме се истицао (од-

ex qua ostendit, qua floruerit aetate. Ait enim: *Tumulos mortuis templaque fecerunt, sicut usque hodie videmus: e quibus est et Antinous servus Hadriani Caesaris, cui et gymnicus agone exercetur apud Antinoum civitatem, quam ex ejus nomine condidit, et statuit prophetas in templo.* Antinoum autem in deliciis habuisse Caesar Hadrianus scribitur.

C **XXIII.** Justinus philosophus, habitu quoque philosophorum incedens, de Neapoli urbe Palaestinae, patre Prisco Bacchio pro religione Christi plurimum laboravit: in tantum, ut Antonino quoque Pio, et filiis ejus, et Senatui librum (*Apologia longior*) contra Gentes scriptum daret, 675 ignominiamque Crucis non erubesceret: et alium librum (*Altera brevior*) A successoribus ejusdem Antonini, M. Antonino Vero, et L. Aurelio Commodo. Exstat ejus et aliud volumen (*Oratio ad Graecos*) contra Gentes, ubi de daemonum quoque natura disputat: et quartum adversus Gentes, cui titulum praenotavit ἔλεγχος: sed et alius de Monarchia Dei, et alius liber, quem praenotavit Psalten, et alius de anima. Dialogus contra Judaeos, quem habuit adversus Tryphonem principem Judaeorum: sed et contra Marcionem insignia volumina, quorum Irenaeus quoque in quarto adversus haereses libro meminit; et alius liber contra omnes haereses, cujus facit mentionem in Apologetico, quem dedit Antonino Pio. Nic cum in urbe Roma haberet διατριβάς, B et Crescentem Cynicum, qui multa adversus Christianos blasphemabat, redarguere gulosum, et mortis timidum, luxuriaeque et libidinum sectatorem, ad extremum studio ejus et

ликовао). Па каже: „Правили су храмове и погребне хумке умрлима, као што видимо да се ради и у наше дане на примеру Антиноја, слуге цара Хадријана, у чију су се част одржавале игре и надметања поред града Антинојума, основаног по његовом имену, ради кога су и мазии (*prophetas*) у храму устројени“. А о цару Хадријану је остало написмено да је живео у љубавној вези са Антинојем.

23. Јустин, из града Наполиса у Палестини од оца Бахија Приска, учинио је много за веру Христову, радећи испод философског плашта. Утолико да је представио Антонину Пију, његовим синовима и Сенату књигу написану *Прошив незнабожаца* (дужу Апологију) не зазирући од срамоте и (лудости) Распећа. А другу књигу предочио је (преосталу краћу) Марку Антонију Веру и Луцију Аурелију Комоду, наследницима поменутог Антонина. Постоји још један његов спис *Реч (Говор)* Хеленима, тј. *Прошив незнабожаца*, у коме је расправљао о природи демона. Четврти је његов спис против *Незнабожаца* који почиње насловом ἔλεγχος, други *О јединоначалију Божијем*, затим књига која је насловљена као *Псалтир (Psalten)*, и једна *О души*. Још је написао *Дијалој прошив Јудеја*, вођеног са Трифоном јудејским прваком (*principem*), као и значајне списе *Прошив Маркиона*, које Иринеј у четвртој књизи својих *Прошив јереси* помиње, и једну књигу *Прошив свих јереси* о којој оставља успомену у *Апологији* преданој Антонину Пију. Када је у граду Риму држао дијатрибу (*διατριβάς*) раскринкао је Крискента киника, који је клеветао Хришћане да су прождрљивци, да се плаше мртваца, да су лакомци и следбеници слепих жеља. Крискентовим крајњим настојањем, претворно

insidiis accusatus, quod Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit.

(подмукло) оптужен да је хришћанин, за Христа је пролио крвцу.

XXIV. Melito Asianus, Sardinis episcopus, librum imperatori M. Antonino Vero, qui Frontonis oratoris discipulus fuit, pro Christiano dogmate dedit. Scripsit quoque et alia, de quibus ista sunt, quae subjecimus: De Pascha libros duos, de Vita Prophetarum librum unum, de Ecclesia librum unum, de Die Dominica librum unum, de Sensibus librum unum, de Fide librum unum, de Plasmate librum unum, de Anima et Corpore librum unum, de Baptismate librum unum, de Veritate librum unum, de Generatione Christi librum unum, de Prophetia sua librum unum, de Philoxenia librum unum, et alium librum qui Clavis inscribitur; de diabolo librum unum, de Apocalypsi Joannis librum unum, *περὶ Ἐνσωμάτων Θεοῦ* librum unum, et *Ἐκλογῶν* libros sex. Hujus elegans et declamatorium ingenium Tertullianus in septem libris, quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, cavillatur, dicens eum a plerisque nostrorum prophetam putari.

678
A

B

XXV. Theophilus sextus Antiochenis Ecclesiae episcopus, sub imperatore M. Antonino Vero librum contra Marcionem composuit, qui usque hodie exstat. Feruntur ejus et ad Autolycum tria volumina, et contra haeresim Hermogenis liber unus: et alii breves elegantisque tractatus ad aedificationem Ecclesiae pertinentes. Legi sub nomine ejus in Evangelium et in Proverbia Salomonis Commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia et phrasi non videntur congruere.

24. Мелитон Азијац, епископ сардски, (пре)дао је књигу императору Марку Антонину Вери, ученику беседника Фронтонa, о хришћанском учењу (у корист хришћанског учења). Такође је написао и друге, од којих су те (ове) које сада приводимо: две књиге *О Пасхи*, једна књига *О живојшћу пророка*, једна књига *О цркви*, једна књига *О дану Господњем*, једна књига *О чулима*, једна књига *О вери*, једна књига *О благољетију (Plasmate)*, једна књига *О души и телу*, једна књига *О кршћењу*, једна књига *О истини*, једна књига *О Рођењу Христовом*, једна књига *О својим пророшћивима* и једна књига *О јосћољубљу*. (Још је написао) једну књигу која је насловљена *Кључ*, једну књигу *О Ђаволу*, једну књигу *О Ошкривењу Јовановом*, једну књигу *О ошловљеном Боју* (*Περὶ Ἐνσωμάτων Θεοῦ*), и шест књига *Еклоиa* (*Εκλογῶν*) Његову углађеност и књижевне способности Тертулијан у седам књига које је написао против Цркве, а у Монтанову корист, извргује руглу, говорећи за њега да су га многи од наших сматрали пророком.

25. Теофило, шести епископ антиохијске цркве, у доба цара Марка Антонина Вера, саставио је књигу *Прошћив Маркиона* која се сачувала до данас. Од њега потичу и *Три књије Авшћолику*, као и једна књига *Прошћив Хермојенове јереси* и други кратки, углађењни и систематични трактати (написи) на изграђивање Цркве. Читао сам *Коменшаре на Јеванђеље* и *Приче Соломонове* под његовим именом, али је очигледно да се са горњим списима не слажу по лепоти и изразу.

XXVI. Apollinaris Asiae Hierapolitanus episcopus, sub imperatore M. Antonino Vero floruit, cui et insigne volumen pro fide Christianorum dedit. Exstant ejus et alii quinque adversum gentes libri, et de veritate duo, adversum Cataphrygas tunc primum exortos cum Prisca et Maximilla insanis vatibus, incipiente Montano.

XXVII. Dionysius Corinthiorum Ecclesiae episcopus, tantae eloquentiae et industriae fuit, ut non solum suae civitatis et provinciae populos, sed et aliarum urbium et provinciarum episcopos epistolis erudiret. Ex quibus est una ad Lacedaemonios, alia ad Athenienses, tertia ad Nicomedien-
 C
 ses, quarta ad Cretenses, quinta ad Ecclesiam Amastrianam, et ad reliquas Ponti Ecclesias, sexta ad Cnossianos, et ad Pinytum ejusdem urbis episcopum,
 679
 A
 septima ad Romanos, quam scripsit ad Soterem episcopum eorum, octava ad Chrysophoram, sanctam feminam. Claruit sub imp. M. Antonino Vero, et L. Aurelio Commodo.

XXVIII. Pinytus Cretensis, Cnossiae urbis episcopus, scripsit ad Dionysium Corinthiorum episcopum valde elegantem epistolam: in qua docet, non semper lacte populos nutriendos, ne quasi parvuli ab ultimo occupentur die; sed et solido vesci debere cibo, ut in spiritalem proficiant senectutem. Et hic sub M. Antonino Vero, et L. Aurelio Commodo floruit.

XXIX. Tatianus, qui primum Oratoriam docens, non parvam sibi ex arte Rhetorica gloriam comparaverat, Justini martyris sect-

26. Аполинарије, епископ Јерапоља азијског, истицао се за владавине цара Марка Антонина Вера, коме је предао одличан спис у корист вере хришћанске. Сачувано је његових пет књига *Против незнабожаца*, две *О истини*, затим *Против Каџафрижана*, која је написана одмах пошто је Монтан кренуо са Приском и Максимилом да шири нездрава пророштва.

27. Дионисије, епископ цркве Коринћана, био је толике речитости и марљивости, да је подучавао не само народ свога града и области (*civitatis et provinciae*), него је својим посланицама и епископе других градова и крајева. Од којих је једна *Лакедемоњанима*, друга *Аџињанима*, трећа *Никомиђанима*, четврта *Крићанима*, пета *Цркви Амасџрије и дружим Црквама Понџа*, шеста *Кношанима* и Пиниту епископу истог града, седма *Римљанима* – коју је написао Сотиру њиховом епископу, осма *Хрисофори*, светој жени (*sanctam feminam*). Прославио се за царева Марка Антонина Вера и Луција Аурелија Комода.

28. Пинит Крићанин, епископ града Кнососа, написао је Дионисију, епископу Коринћана, врло дотерану (углађену) посланицу, у којој поучава да народ не треба увек хранити млеком, јер би их тако неодгојене уграбио последњи (судњи) дан, већ им треба давати и чврсте оброке, да би духовно напредовали до старости (поодмаклог доба). И овај је стварао (био познат) у доба Марка Антонина Вера и Луција Аурелија Комода.

29. Татијан, који је прво (најпре) изучавајући (предајући) беседништво стекао за себе не малу славу у реторичкој вештини, био је следбеник Јустина Муче-

ator fuit, florens in Ecclesia, quamdiu ab ejus latere non discessit. Postea vero inflatus eloquentiae tumore, novam condidit haeresim quae Εγκρατιῶν dicitur, quam postea Severus auxit, a quo ejusdem partis haeretici Severiani usque hodie appellantur. Porro Tatianus infinita scripsit volumina, e quibus unus contra Gentes florentissimus exstat liber, qui inter omnia opera ejus fertur insignis. Et hic sub imperatore M. Antonino Vero, et L. Aurelio Commodo floruit.

C XXX. Philippus, episcopus Cratensis, hoc est, urbis Gortynae, cujus Dionysius in epistola sua meminit, quam scripsit ad ejusdem civitatis Ecclesiam, praeclarum adversum Marcionem edidit librum, temporibusque M. Antonini Veri, et L. Aurelii Commodi claruit.

XXXI. Musanus non ignobilis inter eos, qui de ecclesiastico dogmate scripserunt, sub imperatore M. Antonino Vero confecit librum ad quosdam fratres, qui de Ecclesia ad Encratitarum haeresim declinaverant.

D 682 A XXXII. Modestus et ipse sub imperatore M. Antonino, et L. Aurelio Commodo, adversum Marcionem scripsit librum, qui usque hodie perseverat. Feruntur sub nomine ejus et alia syntagmata, sed ab eruditibus quasi ψευδόγραφα repudiantur.

XXXIII. Bardesanes in Mesopotamia clarus habitus est, qui primum Valentini sectator, deinde со-

ника истичући се у цркви (и истакнут у Цркви) све док једног дана није напустио (престао да држи) његову страну. После је, одиста, под утицајем терета учености (*inflatus eloquentiae tumore* – обременен науџиошћу) основао јерес коју називају (прозвану) енкратитском, коју је Север проширио, по коме се присталице ове јереси и зову Северијани до данас. Још је Татијан написао подугачке списе од којих је најизузетнија књига *Против незнабожаца*, међу свим његовим делима произлази као најзначајнија. И он се истицао (*floruit*) за владе Марка Антонина Вера и Луција Аурелија Комода.

30. Филип епископ критски, али је овај из града Гортине, спомиње га Дионисије у својој посланици, упућеној Цркви истог града. Израдио (издао) је изврсну књигу против Маркиона, а прославио се у време Марка Антонина Вера и Луција Аурелија Комода.

31. Музан није непознат (незнатан) међу онима који су писали о црквеном учењу (догматским стварима). За владе цара Марка Антонина Вера саставио је књигу за ону браћу (братију) који су од Цркве отпали и пришли енкратитској јереси.

32. Модест је исто (*ipse*) за царева Марка Антонина и Луција Аурелија Комода написао књигу *Против Маркиона* која се сачувала до данас (дана данашњег). Под његово име се подводе и други састави (*syntagmata*), али се од учених одбацују као лажни списи (ψευδόγραφα).

33. Вардесан је заузимао знатан положај у Месопотамији, најпре Валентинов следбеник (присталица), затим по-

nfutator, novam haeresim condidit. Ardens ejus a Syris praedicatur ingenium, et in disputatione vehemens. Scripsit infinita adversum omnes pene haereticos, qui aetate ejus pullulaverant. In quibus clarissimus ille et fortissimus liber, quem M. Antonino *de Fato* tradidit: et multa alia super persecutione volumina, quae sectatores ejus de Syra lingua verterunt in Graecam. Si autem tanta vis est et fulgor in interpretatione, quantam putamus in sermone proprio?

B XXXIV. Victor, tertius decimus Romanae urbis episcopus, super quaestione Paschae, et alia quaedam scribens opuscula, rexit Ecclesiam sub Severo principe annis decem.

C XXXV. Irenaeus, Pothini episcopi, qui Lugdunensem in Gallia regebat Ecclesiam, presbyter, a martyribus ejusdem loci, ob quosdam Ecclesiae quaestiones legatus Romam missus, honorificas super nomine suo ad Eleutherum episcopum perfert litteras. Postea jam Pothino prope nonagenario, ob Christum martyrio coronato, in locum **683** ejus substituitur. **A** Constat autem Polycarpi, cujus supra fecimus mentionem, sacerdotis et martyris, hunc fuisse discipulum. Scripsit quinque adversus haereses libros, et contra gentes volumen breve, et de disciplina aliud, et ad Martianum fratrem de Apostolica praedicatione, et librum variorum tractatum, et ad Blastum de Schismate, et ad Florinum de Monarchia, sive quod Deus non sit conditor malorum, et de Ogdoade egregium commentarium, in cujus fine significans se Apostol-

бијач (*confutator*), (да би затим) основао је нову јерес. Његове изузетне дарове (*ardens ingenium*) признавали су Сиријци (јер је) у расправљању био жесток. Писао је надугачко (*infinita*) против скоро свих јеретика који су бујали (*pullulaverunt*) у његово време. Од тих књига најсјајнија је и најјача она *О судбини* коју је уручио Марку Антонину, а све списе превазилази (надвисује) *О њроіону* кога су његове присталице са сиријског језика превеле на грчки. Када је толике снаге и муњевитости било у преводу, колико, можемо мислити, беше на његовом властитом језику?

34. Виктор, тринаести епископ римског града, десет година је управљао Црквом у доба цара Севера, пишући *О њишању Пасхе* и још нека друга делца (нека друга мања дела).

35. Иринеј, презвитер епископа Потина, који је управљао Лугдунумском Црквом у Галији, од стране исповедника (мученика) истог места отпослат је као легат (посланик) у Рим, ради неких црквених питања, епископу Елефтерију је однео часне (*honorificas*) написе (*litteras*) који су насловљени његовим именом. Затим је дошао на место Потина који је скоро као деведесетогодишњак (старац од деведесет љета – *nonagenarius*) за Христа овенчан мучеништвом. Овај је био ученик Поликарпа, свештеника и мученика, о коме смо већ говорили. Написао је: *Пет њ књига њроіив јереси*, кратак спис *Проіив незнабожаца*, други *О држању (disciplina)*, *Браіу Маріијану о Аіо-столској њроіоведи*, *Књіу различііх исіраживања (tractatum)*, *Бласіу о расколу*, *Флорину о монархији* или *О ііоме да Боі није іворац зла*, изузетне (изврсне) коментаре *О Оігоадама(аги)* у којима на крају обележава себе као

icorum temporum vicinum fuisse, sic subscripsit: *Adjuro te, qui transcribis librum istum, per Dominum Jesum Christum, et per gloriosum ejus adventum, quo judicaturus est vivos et mortuos, ut conferas, postquam transcripseris, et emendes illum ad exemplar, unde scripsisti, diligentissime: hanc quoque obtestationem similiter transferas, ut invenisti in exemplari.* Feruntur ejus et aliae ad Victorem episcopum Romanum de quaestione Paschae epistolae: in quibus commonet eum, non facile debere unitatem collegii scindere. Siquidem Victor multos Asiae et Orientis episcopos, qui decima quarta luna cum Judaeis Pascha celebrabant, damnandos crediderat. In qua sententia hi, qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. Floruit maxime sub Commodo principe, qui M. Antonino Vero in imperium successerat.

C XXXVI. Pantaenus, Stoicae sectae philosophus, juxta quamdam veterem in Alexandria consuetudinem, ubi a Marco evangelista semper Ecclesiastici fuere Doctores, tantae prudentiae et eruditionis tam in Scripturis divinis, quam in saeculari litteratura fuit, ut in Indiam quoque rogatus ab illius gentis legatis, a Demetrio Alexandriae episcopo, mitteretur. Ubi reperit, Bartholomaeum de duodecim Apostolis, adventum Domini nostri Jesu Christi juxta Matthaei Evangelium praedicasse, quod Hebraicis litteris scriptum, revertens Alexandriam secum detulit. Hujus multi quidem in sanctam Scripturam exstant commentarii: sed magis viva voce Ecclesiis profuit. Docuitque sub

блиског апостолском времену, подвлачећи следеће: „Заклињем те, који преписујеш ову књигу, Господом Исусом Христом и његовим славним доласком, којим ће судити живима и мртвима, да пошто препишеш, добро упоредиш и дотераш онај (препис) са примерком одакле си преписао, али и ову заклетву коју си пронашао у предлошку исто тако препиши.“ Од њега потичу и друге посланице, упућене Виктору епископу Рима, *О њишању Пасхе*, у којима га упозорава да не треба лако разбијати јединство сабора (*collegii*). С обзиром да је Виктор многе епископе Азије и Истока који су прослављали Пасху четрнаестог у месецу, када и Јудеји, сматрао проклетима (*damnados crediderant*). У овим стварима, први који су се размимоилазили са другима, Виктору нису давали подршку (*non dederunt manus*). Највише се истицао у доба цара Комода који је наследио у управи Марка Антонина Вера.

36. Пантен, филозоф стоичке школе, према неком старом обичају (који је владао) у Александрији, где су (почев) од јеванђелиста Марка увек црквени људи (*ecclesiasticos*) били учењаци (*doctores*), био је толике мудрости и образованости, како у божанским писмима тако и у световној књижевности. Из тих разлога је послат у Индију од стране Димитрија, епископа александријског, а на захтев изасланика тога народа. Тамо је пронашао Матејево јеванђеље, *написано јеврејским њименима*, по коме је Вартоломеј из броја дванаестице апостола, проповедао долазак Господа Нашег Исуса Христа, па га је, враћајући се у Александрију, донео са собом. Сачували су се многи од његових *коменшара* на Свето Писмо, али је црквама била од веће користи његова жива реч. Поучавао

Severo principe, et Antonino, cognom-
omento Caracalla.

XXXVII. Rhodon, genere Asi-
anus, a Tatiano, de quo supra dix-
imus, Romae in Scripturis eruditus,
edidit plurima: praecipuumque
adversus Marcionem opus, in quo
refert, quomodo ipsi quoque inter
se Marcionitae discrepent; et Ape-
llem senem alium haereticum a se
quondam fuisse conventum, et risui
habitum, eo quod Deum, quem col-
eret, ignorare se diceret. Meminit
in eodem libro, quem scripsit ad
Callistionem, Tatiani se Romae fui-
sse auditorem. Sed et in Hexaem-
eron elegantes tractatus composuit,
et adversum Phrygas insigne opus;
temporibusque Commodi et Severi
floruit.

XXXVIII. Clemens, Alexandri-
inae Ecclesiae Presbyter, Pantaeni,
de quo supra retulimus, auditor, post
ejus mortem Alexandriae ecclesiast-
icam scholam tenuit, et κατηχήσεων
magister fuit. Feruntur ejus insi-
gnia volumina, plenaque eruditionis
et eloquentiae, tam de Scripturis
divinis, quam de saecularis litterat-
urae instrumento. E quibus illa sunt,
στρωματεῖς, libri octo; Ὑποτυλώσεων
libri octo; adversus Gentes, liber unus;
Paedagogi libri tres, de Pascha liber
unus, de jejunio disceptatio, et alius
qui inscribitur *Quisnam dives ille sit,
qui salvetur*; de obtreptatione liber
unus; de Canonibus ecclesiasticis, et
adversum eos, qui Judaeorum seq-
uuntur errorem, liber unus, quem
proprie Alexandro, Hierosolymorum
episcopo, προσεφώνησε. Meminit
autem in Stromatibus suis, volum-
inis Tatiani adversus Gentes, de quo

је у доба цара Севера и (цара) Антонина,
са надимком Каракала.

37. Родон, родом Азијац, је од
Татијана (о коме смо напред говори-
ли) био упућен у Писма, издао (напи-
сао) је много, а нарочито (му је) дело
Проџив Маркиона у коме излаже да
су сами Маркионити између себе би-
ли у споровима (*discrepent*), и да је ста-
рог Апела, другог јеретика, затекавши
(који) се (затекао) једаред код њега,
извргао руглу (*risui habitum*), зато што
је говорио да не познаје Бога кога по-
штује. У истој књизи, коју је написао
Калистиону, говори за себе да је био
у Риму слушалац Татијанов. Такође је
саставио и углађен спис (*tractatus*) *На
шестоднев*, као и значајно дело *Про-
џив (Ката) Фрижана*. Истицао (*floruit*)
се у времена Комодова и Северова.

38. Климент, свештеник алек-
сандријске цркве, слушалац Пантена
(о коме смо горе излагали) после ње-
гове смрти преузео је црквену школу
у Александрији и био је учитељ кати-
хуменима (κατηχήσεων). Од њега по-
тичу знаменити списи, пуни науке и
речитости, урешени (украшени) како
у божанским писмима, тако и у све-
товној књижевности. Од њих су: Осам
књига *Стромаџа* (Стρωματεῖς), осам
књига Ὑποτυλώσεων, једна књига *Про-
џив Незнабожаца*, *Педагог* у три књиге,
једна књига *О Пасхи*, *Расправа о њосџу*,
и једна која има наслов *Који се богаџи
сџасава?*, једна књига *О клеветџи*, *О цр-
квеним канонима*, као и *Проџив оних
који следе јудејску заблуду*, књигу коју
је баш посветио јерусалимском епи-
скопу Александру. Исто тако, у сво-
јим *Стромаџама* спомиње Татијанове
списе *Проџив Незнабожаца* (и о ње-
му смо већ говорили) и *Оџис времена*

supra diximus, et Casiani cujusdam χρονογραφίας, quod opusculum invenire non potui. Necnon et de Judaeis Aristobulum quemdam et Demetrium et Eupolemum scriptores adversus Gentes refert, qui in similitudinem Josephi ἀρχαιογονίαν Moysi et Judaicae gentis asseverant. Exstat Alexandri Hierosolymorum episcopi, qui cum Narcisso postea rexit Ecclesiam, epistola super ordinatione Asclepiadis confessoris ad Antiochenses, congratulantis eis, in qua ponit in fine: *Haec vobis, domini ac fratres, scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem et probatum, quem vos quoque scitis, et nunc plenius recognoscetis, qui cum huc venisset juxta providentiam et visitationem Dei, confirmavit et auxit Domini Ecclesiam.* Constat, Origenem hujus fuisse discipulum. Floruit autem Severi et Antonini filii ejus temporibus.

C XXXIX. Miltiades, cujus Rhodon in opere suo, quod adversus Montanum, Priscam, Maximillamque composuit, recordatur, scripsit contra eosdem volumen praecipuum, et adversus Gentes Judaeosque libros alios, et Principibus illius temporis Apologeticum dedit. Floruit autem M. Antonini Commodique temporibus.

A XL. Apollonius, vir disertissimus, scripsit adversus Montanum, Priscam et Maximillam insigne et longum volumen, in quo asserit Montanum, et insanas vates ejus periisse suspendio: et multa alia, in quibus de Prisca et Maximilla refert: *Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse Prophetas, qui accipiunt: et mille hoc testibus approbabo. Sed et ex aliis*

(Χρονογραφίας) неког Касијана, делце које нисам могао да пронађем. Исто и неке писце од Јудеја: Арисиобула, Деметрија и Еуполема, који су писали против незнабожаца и подобно Јосифу Флавију озбиљно доказивали преимућство (ἀρχαιογονίαν) Мојсија и јеврејског народа. Постоји писмо Александра, јерусалимског епископа, који је касније са Наркисом управљао црквом, упућено Антиохијцима којим им честита намештење (ordinatione) исповедника Асклепијада, у коме се на крају чита (ponit): „Послао сам Вам, господе и браћо, ове списе (scripta) по Клименту, часном презвитеру, човеку изузетном и поштеном, кога Ви већ знате, а сада ћете га још боље упознати јер је дошао по провиђењу и старању (visitationem) Божијем, да учврсти и увећа Цркву Божију.“ Познато је да је Ориген био његов ученик. А (он) се истицао за времена Северова и његовог сина Антонина.

39. Милтијад, кога се сећа Родон у своме делу састављеном против Монтана, Приске и Максимила, против њих је написао одличан спис, (као) и друге књиге *Прошив Незнабожаца и Јудеја*, а царевима онога времена предао је *Апологетичку*. Истицао се у времена Марка Антонина и Комода.

40. Аполоније, човек врло речит, написао је против Монтана, Приске и Максимила значајан и дугачак спис у коме тврди за Монтана и његове екстатичке „пророчице“ (insanes vates) да су скончали обесивши се, и много (чега) другог где о Приски и Максимили казује: „Ако они одричу да нису примили дарове нека признају да оне које прихватају (и) нису пророци, и хиљаду (других) доказа ћу изнети. Јер се и по осталим

fructibus probantur Prophetae. Dic mihi, crinem fucat Prophetes? stibio oculos linit? Prophetae vestibus et gemmis ornantur? Prophetes tabula ludit et tesseris? Propheta fenus accipit? Respondeant, utrum hoc fieri liceat, an non: meum est approbare, quod fecerint. Dicit in eodem libro, quadragesimum esse annum usque ad tempus, quo ipse scribebat librum, ex quo haeresis Cataphrygarum habuerit exordium. Tertullianus sex voluminibus adversus Ecclesiam editis, quae scripsit περί ἐκστάσεως, septimum proprie adversus Apollonium elaboravit, in quo omnia, quae ille arguit, conatur defendere. Floruit autem Apollonius sub Commodo Severoque principibus.

XLI. Serapion, undecimo Commodi imperatoris anno Antiochiaepiscopus ordinatus, scripsit epistolam ad Caricum et Pontium, de haeresi Montani, in qua et haec addit: *Ut autem sciatis falsi hujus dogmatis, id est, novae prophetiae ab omni mundo insaniam reprobari, nisi vobis Apollinaris beatissimi, qui fuit in Hierapoli Asiae episcopus, litteras.* Ad Domninum quoque, qui persecutionis tempore ad Judaeos declinaverat, volumen composuit; et alium de Evangelio, quod sub nomine Petri fertur, librum ad Rhosensem Ciliciae Ecclesiam, quae in haeresim ejus lectione diverterat. Leguntur et sparsim ejus breves epistolae, auctoris sui ἀσχήσει et vitae congruentes.

XLII. Apollonius, Romanae urbis senator, sub Commodo principe a servo Severo proditus, quod Christi-

плодовима пророци препознају. Кажите ми да ли пророци боје косу? Да ли сјајем мажу очи (*stibio oculos linit*)? Да ли се украшавају хаљинама и драгим камењем? Да ли подврискују за мењачким столовима или се коцкају (*tabula ludit et tesseris*)? Да ли пророци узимају камату? Нека ми одговоре да ли је дозвољено ово што чине или није, ако ли није, моје је да обнародујем (објавим) шта они чине.“ У истој књизи каже да је имао четрдесет година у време када је сам писао и када се јерес катафрижанска помањала (*habuerit exordium*). Тертулијан је (уз својих) шест књига издатих против Цркве, а насловљених *Περί ἐκστάσεως*, додао и седму израђену баш против Аполонија. Ту покушава да одбрани све што онај побија. А Аполоније се истицао за владе царава Комода и Севера.

41. Серапион је једанаесте године (владавине) цара Комода постао епископ у Антиохији, написао је посланицу Карику и Понтију о Монтановој јереси у којој и ово придодаје: „Да знате да су лажна учења оних, то јест, нова пророштва су у целом свету одбачена као нездрава (*insanam*), а шаљем вам посланице блаженог Аполинарија који је био епископ у Јерапољу азијском.“ Саставио је спис и за Домнина пошто се у време прогона приклонио Јеврејима (пришао Јеврејима), а другу књигу *О Јеванђељу које се зове Петрово*, за цркву Розене Киликијске (*Rhosenet Ciliciae*), која се читањем (исте) спасила од јереси. Читају се и његове кратке раширене посланице које пристају (сведоче о) уз аскетски (*ἀσχήσει*) начин живота њиховог аутора.

42. Аполоније, сенатор из града Рима, за владе цара Комода проказан од свога роба Севера да је хришћанин,

anus esset, impetrato, ut rationem fidei suae redderet, insigne volumen composuit, quod in senatu legit; et nihilominus sententia senatus, pro Christo capite truncatus est veteri apud eos obtinente lege, absque negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum iudicium pertracti essent.

XLIII. Theophilus, Caesareae Palaestinae (quae olim Turris Stratonis vocabatur) Episcopus, sub Severo principe, adversum eos, qui decima quarta luna cum Judaeis Pascha faciebant, cum caeteris Episcopis synodicam valde utilem composuit epistolam.

XLIV. Bacchylus, Corinthi episcopus, sub eodem Severo principe clarus habitus, de Pascha ex omnium qui in Achaia erant episcoporum persona, elegantem librum scripsit.

XLV. Polycrates, Ephesiorum episcopus, cum caeteris episcopis Asiae, qui juxta quamdam veterem consuetudinem cum Judaeis decima quarta luna Pascha celebrabant, scripsit adversus Victorem, episcopum Romanum, epistolam synodicam, in qua docet, se apostoli Joannis, et veterum auctoritatem sequi: de qua haec pauca excerpsimus: *Nos igitur inviolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid, neque dementes. Etenim in Asia elementa maxima dormierunt, quae resurgent in die Domini, quando venturus est de coelis in majestate sua, suscitaturus omnes sanctos: Philippum loquor de duodecim Apostolis, qui dormivit Hierapoli, et duas filias ejus, quae virgines senuerunt, et aliam ejus filiam, quae Spiritu sancto plena in Ep-*

добивши дозволу да да образложење своје вере, саставио је значајан спис кога је прочитао у сенату. Али му је, упркос мишљењу сената, одрубљена глава због вере у Христа, према старом закону који се код њих држао, да се једном изведен пред њихов суд не пусти све док се не одрекне хришћана (везе са хришћанима).

43. Теофило, епископ Кесарије Палестинске (зване некада Стратонових Ступови – *Turris Stratonis*), у доба цара Севера, против оних који су четрнаестог у месецу чинили Пасху, када и Јудеји, са другим епископима саставио је врло корисну синодску посланицу.

44. Бахил(ије), коринтски епископ, за владе истог цара Севера заузимао је сјајан (високи) положај, као представник свих епископа који су били у Ахаји, написао је врло углађену књигу *О Пасхи*.

45. Поликрат епископ Ефешана је са још неким епископима из Азије, који су према неком старом обичају, са Јудејима четрнаестог у месецу славили Пасху, написао против Виктора, римског епископа, синодску посланицу из које доносимо понешто: „Ми стога неповређено прослављамо дан, не додајући ништа и ничег не одузимајући. И у Азији су највећи остаци (мошти) оних који спавају, и који ће васкрснути у Дан Господњи, када буде дошао са небом у својој слави (величини) и подићи ће све свете, кажем: Филипа једног од дванаесторице апостола, који је уснуо у Јерапољу, и његове две кћери, које су остариле као девице, и другу његову кћи која је умрла у Ефесу испуњена Светим Духом. И Јована који је био приљубљен на Господње груди, који је

heso occubuit. Sed et Joannes, qui super pectus Domini recubuit, et pontifex ejus auream laminam in fronte portans, martyr et doctor in Epheso dormivit: et Polycarpus, episcopus et martyr, Smyrnae cubat. Thraseas quoque episcopus et martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris episcopi et martyris recordari, qui in Laodicea soporatur, et Papirii beati, et Melitonis in sancto Spiritu eunuchi, qui semper Domino serviens, positus est in Sardis, et exspectat in adventu ejus resurrectionem? Hi omnes observaverunt Paschae diem decima quarta luna, ab Evangelica traditione in nullam partem declinantes, et Ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque minimus omnium vestrum Polycrates, secundum doctrinam propinquorum meorum, quos et secutus sum: septem siquidem fuerunt propinqui mei episcopi, et ego octavus: semper Pascha celebravi, quando populus Judaeorum azyma faciebat. Itaque, fratres, sexaginta quinque annos aetatis meae natus in Domino, et a multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni Scriptura, non formidabo eos, qui nobis minantur. Dixerunt enim majores mei: Obedire Deo magis oportet, quam hominibus. Haec propterea posui, ut ingenium et auctoritatem viri ex parvo opusculo demonstrarem. Floruit temporibus Severi Principis, eadem aetate qua Narcissus Hierosolymae.

XLVI. Heraclitus sub Commodi Severique imperio in Apostolum Commentarios composuit.

XLVII. Maximus, sub iisdem principibus famosam quaestionem insigni volumine ventilavit, unde malum, et quod materia a Deo facta sit.

био Његов свештеник и на челу носио златну плочицу, мученик и учитељ који спава у Ефесу, и Поликарпа, епископа и мученика који почива у Смирни. Тра сеја епископа и мученика из Еуменије који је у истој Смирни сахрањен. Зар није потребно сећати се још и Сагарија, епископа и мученика, који у Лаодикији отпочива; и блаженог Папирија и Мелитона „евнуха“ у Духу Светоме који је увек служио Господу, а положен је у Сарду и очекује о Другом Доласку Васкрсење? Они су сви прослављали Пасху четрнаестог дана у месецу по Јеванђељском предању неисквареном ни у једном делу, следећи црквене каноне. Стога, ево и ја, Поликрат, најмањи од свих старијих, друго учење немам до оно од мојих претходника, које и следим, јер пре мене је било седморица епископа и ево ја осми, и увек смо славили Пасху када је и јеврејски народ имао дан у који је јео пресне хлебова. Стога, браћо, шездесет и пет година је узраста мога (доби моје) откако сам рођен у Господу, и поучаван од многе браће из целог света и истраживши Писмо, нећу се плашити оних који нам се супротстављају. Јер, мени су великани говорили: „Богу се треба пре покоравати него људима!“ Ово наводим да на малом примеру покажем његове способности и ауторитет. Истицао се у време цара Севера, у исто време када и Нарцис у Јерусалиму.

46. Хераклит је за владе Комодове и Северове саставио *Коментаре на Ајосџол*.

47. Максим је под истим владарима (царевима) у значајном спису обрадио чувено питање о происхођењу зла и (о томе) како је материја од Бога створена.

XLVIII. Candidus, regnantibus supra scriptis, in Hexaameron pulcherrimos tractatus edidit.

XLIX. Appion, sub Severo principe, similiter in Hexaameron tractatus fecit.

L. Sextus sub imperatore Severo, librum de resurrectione scripsit.

LI. Arabianus sub eodem principe, edidit quaedam opuscula ad Christianum dogma pertinentia.

C **LII.** Judas de septuaginta apud Daniele hebdomadibus plenissime disputavit, et chronographiam superiorum temporum usque ad decimum Severi produxit annum. In qua erroris arguitur, quod adventum Antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit: sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum praesentem mundi minabatur occasum.

698 **LIII.** Tertullianus presbyter, **A** nunc demum primus post Victorem et Appollonium Latinorum ponitur, provinciae Africae, civitatis Carthaginiensis, patre Centurione Proconsulari. Hic acris et vehementis ingenii, sub Severo principe et Antonino Caracalla maxime floruit, multaque scripsit volumina, quae quia nota sunt pluribus, praetermittimus. Vidi ego quemdam Paulum Concordiae, quod oppidum Italiae est, senem, qui se beati Cypriani, jam grandis aetatis, notarium, cum ipse admodum esset adolescens, Romae vidisse diceret, referreque sibi solitum numquam Cyprianum absque Tertulliani lectione unum diem praeterisse, ac

48. Кандид је, док су владали горепоменути, издао прелепи састав (истраживање – трактат) *На Шестодневу*.

49. Апион је слично њему под царем Севером издао трактат (преиспитивање) *О Шестодневу*.

50. Секст је у доба цара Севера написао књигу *О Васкрсењу*.

51. Арабијан је за владе истог цара уредио неко делце намењено за учвршћивање хришћанског учења.

52. Јуда је највише расправљао о седамдесет (недеља) седмица код пророка Данила. Написао је *Хронографију* о прошлим временима, па је продужио до десете године Северове владе. Оптужује се за погрешку коју је направио у том делу јер је говорио да ће долазак Антихриста бити врло близу његовог времена. Међутим, ово је било стога што је сила прогона наговештавала скори крај света.

53. Тертулијан, свештеник (који се сада сматра првим латинским писцем) након Виктора и Аполонија, из провинције Африке, града Картагине, од оца Центуриона, проконзула. (Био је) човек напрасит и (личност) продорна, за владе цара Севера и Антонина Каракале највише се истицао, написавши многе списе, од којих многе изостављамо, с обзиром да су нам (итекако) познати. Ја сам видео извесног Павла из Конкордије, града у Италији, јако старог (*senem*), а који је баш када је био младић био и секретар (бележник – *notarius*) блаженом Кипријану, већ зашлом у године. Он је сам говорио (сведочио) како је видео у Риму да Кипријан никада није проводио ниједан дан без читања Тертулијана и да

В sibi crebro dicere, *Da magistrum: Tertullianum videlicet significans. Hic cum usque ad mediam aetatem presbyter Ecclesiae permansisset invidia postea et contumeliis clericorum Romanae Ecclesiae, ad Montani dogma delapsus, in multis libris Novae Prophetiae meminit, specialiter autem adversum Ecclesiam texuit volumina, de pudicitia, de persecutione, de jejuniis, de monogamia, de ecstasi libros sex, et septimum, quem adversum Apollonium composuit. Ferturque vixisse usque ad decrepitam aetatem, et multa, quae non exstant opuscula condidisse.*

му је често говорио: „Дај ми учитеља!“, мислећи наравно на Тертулијана (њега). Овај је све до средине свога века (зрелости) остајао презвитер Цркве Божије, али је касније упао у Монтаново учење због зависти (сумњичења) и погрда (злоупотреба) клирика Римске Цркве. У многим књигама спомиње нова пророштва, а посебно је против Цркве саставио списе: *О скромности (смерности), О њројону, О њосћовима, О једнобрачју (монојамију)*, шест књига *О екстязи*, а седму је саставио против Аполонија. Сматра се да је доживео позну старост (*decrepitam aetatem*) и да је многа мања дела саставио (написао) која се нису сачувала.

превод са латинског:
Радован Пилиповић